Clerimonia idē est qō hereditas diuina.
Cloaca dr locus cōcauus vbi sordes pfluūt ex q̄cūq; villi loco vel effluunt de vīs z plateis,vel vbi stercora recipiunt,s.latrina.ff. de clo,vbi tex.in.l.§.cloaca. Cloaca est loc⁹ cauus p quē colluuies q̄dā fluit. Et ponit ptor ibi duo interdicta de cloacis. Primū est,pbibitorīū q̄ pbibet vicinis facere vim q̄ min⁹ cloaca purget z reficiat. Secundū restitutorīū vñ flau⁹ mela scribit ꝓpetere interdictū h vt i vicini edes veniat z rescindat pauimēta purgāde cloace gra. Et si qs velit puatā cloacā facere vt exitū habeat in publicā cloacā nō esse impedīdū pompo⁹nius putat. Et vtrūq; interdictor est ad salubritatē ciuitatū. Nā celū pestilēs z immūdicie cloacarū ruinas minant.vt ibi dicit Est g duplex cloaca,priuata z publica. Et appellatōe cloace tube z fistola ptinent hec ex.l.j.palle.ff.de cloacis.

De Co

Coactio est duplex,absoluta z ꝓditionalis.
Coactio absoluta est cui resisti nō pt cū qs violēter trahit ad aliqd faciendū,q casu qs oīno excusat.l.dī.pl byteros,j.q.j.ꝓstat. Coactio ꝓditionalis est q̄ metū cruciat⁹ vl aliqd graue minat q̄ excusat a tāto nō tñ a toto,c.sacris.de bis q̄ vi me,ve cau.fi.in glo. ꝑbi,attenuet.fm Hoff.i sum.c.ti,z etiā in.c cū dilect⁹,eo.ti,vide bar,brix.i glo.ꝑbi.munita,di.v,ad ei⁹ vero,vbi bñ distinguit. Et coacta volūtas etiā volūtas ē.xv.q.j. merito.ff.qō me,cau.l.si mulier.§.si metu.
Locus venit appellatōe artificis,qr cocū esse est ars.l.si quis vēditor.§.j.et.ū.ff.de edil. edic,immo coc⁹ imperatoris habet dignitatem ad qō Bal.allegat tex.in.l.j.qs cocor. in vsibus feu,hec Iudo,de ro.in singularibus suis.
Codicilli dicunt codices pui,i,libelli in qb⁹ cū aliqs impedit aliq̄ necessitate ne faciat testamēta de reb⁹ suis disponit i vltima volūtate. Et fm Azo.in sum.C.de codicillis. In h differūt a testamento eo q̄ codicillis directa hereditas nec dari nec adimi pt ne cōfundat ius testamētor z codicillor. Nec in his pt hereditas scribi,nec ꝓditio heredi instituto pt adīci nec substitui in eis directe pt sed p fideicōmissum cū in eis hereditas directe relinquit. Et plura alia q̄ notant Azo z Hosti.i sum.ti,de testa. Et spe,ti,de instrumentor editōe,§.viso.
Codicill⁹ dr ab auctore q̄ hoc gen⁹ scripture instituit. Et est scriptura vl'lra in q̄ testator voluntatē figurat suā,nulla indigēs solēnitate sz solū testatoris volūtate q̄licūq; pnūciatōe exp̄ssa.cui⁹ bñficio subuenit volūtatibus defunctor ꝓpter deficientē solennitatē verbor legaliū vel necessitatē ꝓbor solēnium. Et sic codicillus fit vice testamenti, sic epla fit vice codicillor. Et nota q̄ illa clausula si,nō valet iure testamēti,valeat tñ iure codicillor fm Accur.in autent. ex causa.C.de liber.pte,vel exhere.nō habet locū qñ testamentū deficit vicio testatoris.vt qr exheredauit vel pterīt filiū. Sz bñ operat qñ testamentū nō hz vicīū intrinsecū,s.pterītione vel exheredatōe sz hz defectū extrinsecū puta minor numer⁹ testiū rē. Et ex modernis doc.Guil.de cunio tenet cū glo.i.l. fi.C.de codicillis,licz Dy.et alī tenēt ꝓtrariū in.l. patron⁹,§.si pagan⁹,ff. de iniusto rup.testa. Hec ponit Bal.de parusio in q̄dam consilio.
Codex est q̄libet liber q̄ cōtinet i se diuersos libros ptiales,et h generalr. Sed ppie est liber q̄ ptinet diuersa pcepta imperatorū. Vñ aū tps Justiniani erāt tres codices.s. Gregorian⁹,Hermogenian⁹.et Theodosian⁹,et mlte pstitutōes extra illos deuagātes,pterea duo pene milia libror z trecies centena milia versuū. Valdes g Justinian⁹ tantā legū multitudinē voluit circa h adhibere remediū salubre. Prio direxit animū suū ad imptiales pstitutōes.z de istis trib⁹ codicib⁹ extrauagantib⁹ fecit fieri vnū codicem quē suo felici noīe nuncupauit codicez Justiniani. Deinde direxit aīm ad immēsa

veteris iuris volumina, z de illis duobus pene milib⁹ libro⁹ z trecies cētenis milib⁹ versuū fecit fieri librū digesto⁹ seu pandectarū quē diuisit i ānquaginta libros ptiales z in tres integrales, s. ff. vet⁹, infortiatū et, ff, nouū. Postea in iuuenib⁹ z legū tyronib⁹ fecit librū institutionū, s. mediocrē eruditionē p quē q̄si p pontē iuuenes ad legū subtiliora z altiora puenirēt.

Coetanei sunt homīes paris etatis ſm Jſi.

Cognatio legalis ſm Hosti. eo. tl. est quedā primitas puenies ex adoptōe vel arrogatione vt no. in rubr. eiusdē ti.

Cognatio spiritualis est ꝓpinquitas vel attinentia q̄ puenit ex sacramēti datōevel ad sacr̄m recipiendū attestatōevl' tētione. Vñ ex cognatōe spūali q̄ in baptismo cōtrahit̄ nouē ꝓpinquitates nascunt̄. Prima filiatio inter sacerdotē baptizantēz baptizatū. Secunda ꝓpaternitas inter sacerdotē z patrē baptizati. Tercia cōmaternitas inter eundem z matrē baptizati. Quarta inter filios sacerdotis z baptizatū. s. fraternitas. xxx. q. j. boies. z. q. ij. ita diligere. Quinta filiatio inter baptizatū z suscipientē de baptismo. Sexta filiatio inter eundē z vxorē suscipiētis. Septima fraternitas inter baptizatū z filios suscipiētis. Octaua cōpaternitas inter suscipientē z patrē suscepti. Nona maternitas inter eundē et matrē pueri, vt, xxx. q. ij. p totum.

Cognatio cōsanguinee vxoris, est coitus cū cōsanguinea vxoris.

Cognati. Reqre supra agnati, et habeť post agnatos, q̄ cognati p femininū sexū, ſz agnati p masculinū cōiuncti sunt. ħ tñ hodie modicū curať. Sz an agnat⁹ p̄sumať scire factū cognati. vide, l. octaui grad⁹, ff, vñ cognati, et, c. q̄sdā, de p̄sump. p doc.

Cognoscere instr̄a. est ea relegere, distingue/re, et cōferre accepta z data.

Cohortalis est apparitor q̄ obnoxi⁹ est cohorti, l. fi. cohortalis. C. e. ti. li. xij.

Colon⁹ est q̄ p̄diū habet agri colēdi cā. Differt aūt colon⁹ ab inq̄lino. q̄ hic i rure. iste aūt in ciuitate morať. Et hz plures spēs agricolarū ſm Azo. q̄ alij vocanť coloni cōditionales, alij coloni inq̄lini, alij origenarij, alij coloni simpliciter nūcupati ꝛc. de q̄bus infra patebit.

Coloni cōditionales dicūť q̄si ex sua ꝓditōe prediū vel agrū colere debētes, z ſm Joh. sic cōstituunt q̄ ꝓmo in scriptis vl' sine scriptis ꝓpetuo iure colonos se esse i fundo p̄mittāt vt postea p. xxx. annos i fundo pmaneant. Et licet q̄dā putāt hos esse ascriptitios ꝓditionales. tñ ſm Jo. male putāt, q̄ colon⁹ tp̄is trāscursu p̄t liberari, ascriptitius ꝓ minime, vt. C. de agri. et censi. l. cum sancim⁹, li. xj. Reqre supra ascriptici⁹.

Coloni dñici dicebanť q̄ colebāt agros imperatoris, vt. C. de p̄di. et om. re. li. xj.

Coloni illiricenī al's et meli⁹ illiriciani dicti illirico. i. de schlapbonia dicunt, z habeť. i. cū q̄rebať. C. vñ vi. vbi ðz. inter illiricianā aduocationē. glo. i. inter aduocatos de illirico. C. de colo. illiri. li. xj.

Colon⁹ inquilin⁹, licet ſm q̄sdā inter colonos ꝓditionales z inq̄linos nulla sit differentia p q̄bus videť facere. l. diffinim⁹. C. de agri. et censi. li. xj. tñ ſm Jo. hec est differētia, q̄ inquilin⁹ min⁹ astrictus est q̄ colonus ꝓditionalis, vñ inq̄lin⁹ bñ p̄ōt in alia p̄te cuiuslibet suburbij domū ꝓducere z inhabitare. Sz ꝓditionalis colon⁹ nō audet cuz sua familia recedere a fundo quē colit, nec alibi habitare.

Colon⁹ origenarius ſm Jo. ðz coloni cōditionalis fili⁹ ex eo q̄ originaliter ꝓditionali colonarie subiect⁹ est. Nec refert ſm Jo. si ue in solo fuerit natus siue extra solū, q̄ tñ q̄ origenari⁹ ad terrā illā reducendus quā pater suscepit colendā.

Coloni palestini sunt de palistina prouincia dicti.

Coloni partiarij ſm quosdā dicunt illi qui terrā colūt p p̄te dimidia vel tercia ſm sterilitatē seu tertilitatē terrar̄. Et ſm Jo. nullum ius hūt statim fructib⁹ a solo separatis. Et ille ðz p̄rie partiari⁹ q̄ ꝓducit rē rusticā p cōmuni dāno z comodo. Et cōpetit ꝓtra eū actio p socio.

Colon⁹ simpl'r ſm Jo. ðz q̄ sub certa annua mercede in pecunia numerata p̄dia colēda accipit. Hā ſm eū nō essz locatio sine pecunia. ff. depo. l. j. §. si q̄s seruū.

Colon⁹ p̄rie ðz q̄ rusticā rē ꝓducit numis, z cōpetit ꝓtra eū actio p̄scriptis ꝓbis siue in factū. vbi supra.

Colon⁹ ad numū cōduct⁹ est ille q̄ statim cū fruct⁹ fuerint a solo sepati. vt vsufructuari⁹ intelligiť ſm Jo. ff. de fur. l. si apes.

Colonꝰ supficiarius est q̃ areã ꝓducit ea cõ-
ditõe, vt sibi liceat in ea edificare z domum
tollere cũ voluerit.
Coloni partionarij sũt q̃ totũ agr̃ suis expẽ-
sis colũt, z ex fructib⁹ ꝑstant dño fundi q̃n-
tum cõuenit.
Coloni palatini habẽt. C. eo. tl. ll. rj.
Collatores dicũt a ꝓferẽdo, qz ꝓferunt in fi
scum siue ordinaria sit collatio siue extraor
dinaria.
Collatio ꝑm Azo. in sum. C. de col. ôr q̃si in
cõmuni latio. Nã qõ erat ꝓpriũ ôr ibi medi
um z ꝓfert. l. ꝓiunctõi subñcit. et ꝑm cũ nõ
est aliud q̃ cõlocatio q̃ res quondã nõ sua l'
hereditaria iã est sua vel hereditaria, vel est
cõfusio siue coadunatio rerũ ꝓferẽtis i res
cõmunes seu cũ reb⁹ cõibus diuidẽdis, vt
no. in. l. si soror. C. de coll. Itẽ ꝑm Fulgosi-
um in rubr. C. e. tl. Collatio ẽ triplex. vna
quã faciũt scolares disputãdo, z de iure di
sceptãdo, vt in aut. z si cõtracti. C. de fi. in-
stru. Alia quã facim⁹ bibẽdo z comedẽdo
Tercia q̃ fit res coadunando. Et ista h̃ de
scripta ẽ, z in tl. de collatio.
Collatio instrumentoꝝ est qñ duo instrã in-
spiciunt z examinant siꝫ vtrũ in vno ita sit
sicut in altero, vel vt videat ꝑ modũ et for-
mã scripture effect⁹ eius.
Collactaneꝰ idẽ est q̃ cõsugẽs, sed collecta-
neꝰ. i. cõdormiẽs, a lacte ꝓximꝰ, secũdus aũt
a lecto nomẽ habet.
Collega ꝑm Isi. ôr a colligatõe societatis vel
cõplexu amicicie, et est idẽ qõ sodalis i offi
cio alteriꝰ paris potestatis.
Collegariꝰ etiã est vnus ex talib⁹ socijs.
Collegiati dicunt aliqui q̃ sunt de aliq̃ cor-
pore. l. ꝓgregatõe vel artificio hoim velut
pistoꝝ, fabroꝝ. monachoꝝ, z q̃rundã allo-
rũ collegiũ habentiũ q̃ etiã dicunt cartbo-
patri, qz eoꝝ noĩa scribebant in carta l'ma-
tricula patrie, vt. C. de colle. li. rj. in rubr.
Scribebant aũt ꝑ eo vt patrie fierẽt incor-
porati. vel dicebant corꝑaliter emẽtes car-
tam. i. locũ cuiq̃ ꝑ cartã assignatũ, vt in eiꝰ
locũ surrogent, z patrie fiant incorꝑati, ꝑm
Accur. ibidẽ in. l. vnica.
Collegiũ est ꝓgregatio quã ad minꝰ tres fa
cere pñt. Nã duo faciũt ꝓgregationẽ. colle
giũ tres, populũ decẽ, turbã. xxv. gregẽ q̃n-
q̃ porci, vel decẽ oues, vt no. Berñ. de ele-
ctione, c. j. Et collegia licita et approbata in
bis in q̃b⁹ habẽt iurisdictionẽ. z quo ad ea
que ad eꝑos collegiatos ꝑtinent pñt face-
re statuta, vt not. in glo. l. fi. C. de iurisdic.
om. iudi. Et expressius C. de cõsti. pe. l. ũ. in
fi. ꝑ Bar. in. l. oẽs populi. ff. de iusti. et iur.
Item collegio nõ approbato nõ relinquit
in testamento. l. collegiũ. C. de here. instit. et
de licito vel illicito in. l. j. C. de sacrosanc.
eccle. de excessi. ꝓla. c. cuz dilecto. et ꝑ Bar.
ff. de colle. illi.
Collaterales dicunt q̃ se attingũt vel sibi at
tinent trãsuersaliter ꝑ lineã collateralẽ, nõ
ꝑ lineã rectã ascendentẽ vel descendentẽ vt
cõsanguinei z ꝓsiles, dicunt etiã collatera-
les generaliter oẽs equaliter q̃si lateribus
cõsidentes.
Collobiũ est toga vel vestis sine manicis.
Collectiua dictõ ôr q̃ significat collectiue ex
sua impositõe, qñq̃ etiã ex significato sum-
pto aliũde ex q̃uis alia materie subiecte si-
gnificatõe. ꝓbi gra. Ibi oẽs ferũt lapidem
vel trabẽ significat collectiue. l. ita vulnera
tus. ff. ad. l. aq̃l. Sz ibi oẽs studẽt auaricie
significat distributiue. Nõ. qz in ꝓmo exem
plo ex vnitate lapidis sumit significatũ ver
bi. sz in secũdo exẽplo sensus ẽ q̃ q̃libet hõ
studet auaricie. Sil'r hic oẽs boies aut sũt
liberi aut serui. instit. de iur. ꝑso. ꝑm materiã
subiectã. nõ patit sensum collectiuũ. qz fal-
sum est q̃ oẽs boies sũt liberi vel serui. qm̃
aliq̃ liberi sunt. et aliq̃ serui. Sed in. l. si ne
cessaria. §. si annua. ff. de pig. act. sumit dcõ
vnaquecq̃ collectiue. vbi si stipulatus sum.
triginta mihi solui annua bina trina die. i.
quolibet anno in trib⁹ mihi solui decẽ z pi
gnus accepi. Deinde pactuz est apositũ q̃
mihi vnaquaq̃ die pecunia nõ soluta ces-
set mihi vẽdere pign⁹ liceret. Dicit tex. q̃ pecu
nia nõ soluta vno termino sez ꝓmo vl' scõ
nõ licet vẽdere pign⁹. sz oib⁹ termis ꝑteritis
Et sic illa ꝓba vnaq̃q̃ die significat colle-
ctiue. s. oim terminoꝝ simul. Dicit g̃ colle-
ctiua dictio q̃ significat collectiue ꝑ modũ
eiusdẽ corꝑis vt sũt turba. dom⁹. grex. pecu
liũ. collegiũ. hereditas. ciuitas. vniuersitas
cõe zc. Itẽ dictio q̃q̃. est collectiua. ibi Ti
tius z Sei⁹ ꝑ q̃rta ꝑte q̃q̃ eoꝝ me heredẽ
fecerit. heredes mihi sunto. l. h̃ articulo. ff.
de here. instit. qz refert ad vtrũq̃. Collectiue
ôr tñ ex subiecta matia. s. institutõis sumit
qñq̃ ꝓcatũ distributõis. De h̃ in. l. fi. C. de

impu.et all.substi.z.l.si filiabꝫ.§.j.ff.de le.j. et.l.si fuerit.ff.de re.du.boc ponit Bar.ī.l. hoc articulo ꝓalle.

Colluctatio fit dū aliq̄ sil'luctank pugnis vl' calcibꝫ.vel verl' qñ pugnantes nō stāt certo loco.ff.ad.l.aq̄l'.l.qua actōe.§.si quis in colluctatōe.in glo.

Collusio ꝺm Bern̄.in glo.in.c.audiuimus. de collu.detegē.et.c.cū clerici.de cēsi.ē interactorē z reū latēs z fraudulēta ꝓuētio. per quā alter in iudicio se supari ꝓmittit. Qua intereuiēte ꝺm Post. in sum.aliqñ delicta remanēt impunita. vel etiā cōmittunk. Et ꝺm Azo.fit p ꝓcuratorē z aduocatū causarū.q̄ se in lite supari patiunk.z fit p ꝓncipales ꝓsonas in similibꝫ.tā i ciuili causa q̄ in spūali.vt in di.c. audiuim'. In ciuilibꝫ aūt ꝺm Azo.fit impune.vt qñ q̄s p collusionē patik seruū vel libertū ingenuū ꝓnūciari. Et ꝺ lō ne p tres degeneres inq̄narek amplissim' ordo senatorꝫ.

Cōmentarius est ille q̄ causas cōmentabak vel scripsit.

Cōmentor cōmentaris.est cōponere vel fingere seu glosare.

Cōmentū ꝺcat decepti onē vl' occultū seu malitiosum tractatū.de restī.in integ.c.j.li.vj. rrrvij.di.c.ij.de testi.cogē.c.ij.

Comes orietis ꝺm Azo.i sum.e.ti.forte erat ꝓcurator rerū cesaris q̄s habebat i oriente

Comes palatin' ōr q̄ curā gerebat p̄cipuā. vt missorꝫ.notariorū.z iudicū negligentiaz argueret.et a ꝓuincialibꝫ tributa exigeret.z cōsueta deposceret.ita q̄ nō in ꝓuincialibꝫ sz p̄cipue iussus est vt iudicibꝫ z eorꝫ officialibus p̄cepto imminerez superesset.C.de offi.comi.sacra.largi.z de offi.recto.ꝓuincie.

Comes rerū ꝓuatarꝫ ꝺm Azo.erat forte ꝓcurator cesaris in ꝓuatis rebꝫ.z ꝺm eū etiā fuit illustris.Alij dicūt q̄ ꝓuati comodi et fiscalū rerū habuit administrationē.vt eas cōseruaret.z in eis negociaret.

Comes sacrarū largitionū ꝺm Azo.erat ille p quē ꝓnceps sua stipēdia largiebak.et hic forte erat ꝓcurator reipublice.q̄ grece legista nuncupak.z illustris erat.Alij dicunt q̄ p būc impator libertatē suā z magnificentiam exercebat.z largitudinē agebat.

Comes sacri patrimonij erat q̄ imperatoris p curauit patrimoniū.q̄ in ꝺ differt a comite rez ꝓuatarū.qz hic tenet custodiā rerū ꝓuatarū.et exercet negociationē circa mobilia. sed ille patrimoniū z īmobilia ꝓcurat.z hec differētia ꝓsumik ex ꝓbis.C.de offi.comi. re.ꝓua.z.ff.de offi.ꝓcu.ces.l.j.

Comites ꝓsistoriani sunt cōsistorij milites. dici meruerūt qz etiā specialibꝫ ꝓconsulibꝫ equiparabank.C.de comi.ꝓsisto.li.xij.l.j. Vl' etiā ꝓsistoriani dicebāt q̄ p̄erāt castris ꝓncipis ordinādis.z erāt plures.z elegebātur decani de cōsistorianis z ministerianis vt.C.ti.ꝓalle.Alio mō ꝓsistoriani dicebāt castrēllarij.et apud nos bodie castellani vocank.licet apud alios vocenk oēs q̄ꝫ ꝓuicum est de certis redditibꝫ vt ī castro aliq̄ ꝓ defensione z custodia cōmorenk.de com.rei milli.et qui ꝓuincias regūt zc. vide.C.li.xij. cū suis titulis.

Comitarienses milites.al's comitatēses dicūtur milites stipendiarij a comitatu dicti.qz militāt nō soli.sed in comitatu.

Cōmentariensis ōr custos in carcere positorū.ff.de ori.iu.et.C.de custo.reo.l.ad cōmentariensem.vbi talis punik tali pena cum scio suo q̄ punit' fuisset aufugiēs ex negligētia eorū nisi ex necessitate.ꝓcul ab officio egerit tūc adiutor et' pari pena ꝓstringit.

Cōmenda est custodia eccl'ie alicui ꝓmissa. c.nemo deinceps.de elec.li.vj.vbi bo.glo. de ꝓmendis.cū multis questionibꝫ.i.c.dudum.de elec.

Cōmendare est deponere.ff.de ꝑ.sig.l.ꝓmēdare.ff.depositi.l.luti'.et.xxij.q.ij.ne q̄s arbitrek.Etiā capik ꝓ laudare vt in glo.ꝓalle.

Comodatū est alicui' vel certi rei ad aliquē specialē vsum gratuita facta ꝓcessio.et differt a p̄cario p vsum specialē. Itē qz p̄cariū nō pōt reuocare nisi tpe expleto.sed comodatū nō potest reuocari nisi expleto vsu ad quē dak. Itē comodatū solū in mobilibus reperitur.p̄cariuz vero etiā in īmmobilibꝫ. insti.q.mo.recōtra. obli.§. Item is cui res. ꝑ.comodata aūt res. Et ōr facta ꝓcessio nō possidet z ꝓpietatē retinet.ff.eo.ti.l. rei comodate. Dicik gratuita.qz nulla merces interuenire dz.al's si merces interueniret tūc res trāsiret in locationē vel in ꝓtractum innominatū.do vt facias.institu.locati.§.j.et mandati.§.vlti.

Comodare est rem ad vsum alicuius q̄ꝺ velit cōcedere.

Comodatarius est ille cui res aliq̃ dat̃ vtenda, vicz ip̃m comodatū.

Comodati actio. Require supra actio comodati.

Comodū ſm Jſi.li.v. est illud qđ est nr̃i iuris z etiã ad alios tpaliter trãſlatū est comodo tp̃is p̃dictu apud eos sit. vñ comodū ꝺr etiã alio noie comodatū.

Comerciū ſm Jſi.li.v. est derluatū a mercibus q̃s res venales nũcupam⁹, vñ mercatus ꝺr cet⁹ multoꝝ q̃ res emere vl̃ vendere solẽt, et est comertiū q̃si cõmutatio mercīū. Etiã ꝺr copula. dicẽdo, carnale comertiū.

Comestor vel comesor idẽ est qđ gulosus.

Cõminationes sunt mine per iudicẽ impoſite, nec tamen habent auctoritatẽ rei iudicate ſm Azo.

Cõmunidiuidundo ſm Jſidoꝝ.li.v. est inter eos quibus res cõmunis est q̃ actionib⁹ vl̃ postulationib⁹ licet arbitrio dari, cuius arbitratu res diuidant. Require sup̃, actio cõmunidiuidundo.

Cõmunia p̃dioꝝ. Req̃re infra p̃diū.

Cõmunia de vſucaptionibus. Require infra, vſucapio.

Cõmunia de ſucceſſionib⁹. Req̃re infra ſucceſſio, z inuenies.

Cõmeat⁹ ꝺr licẽciatus, vl̃ recõmendatio seu remuneratio ip̃is licẽciatiſ tpe licentiature facta, vt in ep̃la alexãdri magni, et Ariſtotelis legit. Et est qđ vulgo ꝺr cõduct⁹ liber. i. trãſit⁹ a cõmeando deſcẽdẽs. vt ibi ꝺr, optimis nos ſuſceperũt cõmeatib⁹.

Cõmedia, i. villana locutio, vt ī glo. C. nõ li. bin. metro. lo. ſua ad dextera trãſferre, ī rubrica li. ij. Itẽ est dignitas. Sz ſm donatũ est ruſticana laus ſiue cãtilena, a camos id est villa, z odos cantus.

Cõmendaticie lr̃e sunt dimiſſorie q̃b⁹ clericus dimittit̃ z abſoluit̃ a poteſtate ſui ep̃i i quib⁹ perhibetur de vita z ordinib⁹ illi⁹ testimonium.

Cõparatiu⁹ capit̃ interdũ p poſitiuo, vt latius. i. late, c. quaricie, de elec. li. vj. ſil̃r. c. licet ꝑpe finẽ, de accu. ibi poti⁹, et. c. et ſi pignora tones, de intuĩ. ibi diſtricti⁹. i. diſtricte. Si cut interdũ poſitiu⁹ capit̃ p cõparatiuo, vt in p̃s. cxvij. Bonũ est cõfidere in dño q̃ in hoĩe. Bonũ est ſperare in dño ꝛc. ibi bonũ id est melius.

Cõpendioſa hec dictio ꝺcat ſubſtitutionem que ſub cõditione mortis alia multa ꝯplectitur tpa ſeu longũ tps qđ dicit̃ post puberem etatẽ. Et ꝺr ideo cõpendioſa, quia ſub verboꝝ cõpendio plura cõplectit̃ tpa, z qñq̃ plures ſubſtitutões facit. l. meuius. §. duoꝝ, ibi ornis cõpendio, ff. de leg. ij. et. l. pelbus. C. de impu. et ali. ſubſtl. Et hoc p̃ut adaptetur illud ſignificatũ, qr̃ p̃t ad alia adaptari vt aliter ſignificet, put verbũ cui adaptaret̃ ſignificare dictaret. Vnde infra ſubſtitutio cõpendioſa.

Cõpilator ſm Jſi.li.x. est ille q̃ aliena dicta ſuis p̃miſcet, et ſic ſolẽt pigmẽtarij ī pictura diuerſa mixta ꝯfundere. Vñ illꝺ Virgi. Pictoribꝫ atq̃ poetis q̃dlibet addẽdi ſp fuit equa poteſtas. Hoc ſcelere quondã accuſabatur hercules mutuan⁹. Jſte voces cũ quaſdã verſus hoim tranſferẽs ſuos p̃miſcuiſſet. Et cum nõ cõpilator ab emulis diceret̃ ille reſpõdit magnarũ virtũ eſſe clauã a manu herculis extorquere.

Cõcubina ſumit̃ duob⁹ modis. Primo ꝺr illa quã q̃s cognoſcit fornicario affectu. Et talis nõ impedit ordinis p̃motionẽ. Secũdo ꝺr illa quã aliq̃s cognoſcit vxorio affectu, z talis impedit p̃mouẽdum ad ſacros ordines. xxxij. di. ſi quis de laicis, de p̃ſumpt. c. illud. de clam deſti. deſpon. p totũ. Itẽ ꝯcubina ſm Azo. in ſum. eo. ti. cõſtituit̃ ſola intentione animi. Et ab eo qñq̃ q̃ nõ p̃t vxorem ducere. et ecce p̃ſes mulierem oriundã de puincia nõ duceret vxorẽ, tñ põt habere concubinã. Potest autem ſm leges vt ipe Azo dicit eas ſolas habere mulieres ſine motu criminis, in q̃bus ſtup̃rũ nõ cõmittitur: ſicut in virgine vidua z minore, xxv. annis in quibus ſtup̃rum cõmittitur.

Cõclaue dicit̃ cella vel thalamus ſecret⁹ ad quẽ per multas claues venitur, vide glo. in verbo, cõclaue. l. qđ conclaue. ff. de dam. infec. et ideo in electione pape cardinales intrant cõclaue.

Conceſſio facta alicui de aliqua re reſpicit perſonam cui fit. nõ aũt ip̃az rẽ adeo q̃ finitur morte ip̃ius cui facta ẽ. nec ad heredes ei⁹ tranſmittitur niſi in ip̃a ꝯceſſione fiat mentio de heredibus. l. cum ſeruus. §. ſi quis. ff. de leg. j.

Cõfinia dicunt̃ q̃ adeo sunt p̃xima vt null⁹ ſit paries inter ea. vnde p̃dia vrbana que

cõsueuerũt parietib⁹ distingui ꝓle nõ dicuntur ꝯfinia sed potiꝰ dicunt vicina. Prędia ꝓ rustica pñt dici cõfinia, qz solo ꝓtis finalis termino sunt distincta.

Cõfirmatio est iuris ꝓtiꝰ habiti corroboratio, vt colligit de fi. instru. c. inter dilectos. Alio mõ est sacramẽtoꝝ mistratio. s. in fronte crismatis assignatio Et fit ꝯfirmatio primo mõ dicta his ꝓbis. Cõfirmamꝰ te sicut rite possides vl̃ sic̃ sine prauitate facta ẽ electio. vl̃ sicut ꝓuide facta est.

Confirmare est alicui iuri vel facto firmitatem ꝓstare.

Coniectura est verisimilis rõ suspitionẽ inducẽs nõ de necessitate ꝓsonã vincẽs.

Coniunctio qñqꝫ ponit ꝓ disiunctõne. vt cũ dr. mihi herediqꝫ meo. ff. de ver. sig. l. cõiuncti. et disiunctio qñqꝫ ꝓ cõiunctione. vt. ff. eo. ti. l. sepe.

Condicio est dispositõis suspẽsio ex euẽtu incerto futuro ei apposito in quẽ euentũ eiꝰ dispositõis facta est collatio. ff. si cer. pe. l. itaqꝫ. verbi gr̃a. Promitto vl̃ lego si titiꝰ fuerit cõsul. hec dispositio est ꝯditionaꝝ ex incerto apposito. si titiꝰ. Et ꝓ hoc dispositõis vel legati fit suspẽsio. et euenięte casu q̃ titiꝰ fit cõsul purificat & nõ plus suspendit. insti. ó ver. ob. §. ex ꝯditionali. & ff. ó ꝯdi. & demõ. ꝓ totũ. Potest aũt capi ꝯditio dupl̃r. Uno mõ ꝓ tꝑis suspẽsione qõ solet apponi in cõtractib⁹ aut vltimis volũtatib⁹. de q̃ in ti. ꝓ alle. de ꝯdi. & demõ. & ĩ ti. de ꝯdi. institutionũ. Sc̃o mõ qñ aliq̃d solutũ est. Et illud intendim⁹ repetere. & appellaꝝ ꝯditio q̃si soluti repetitio. de isto tractaꝝ ĩ ti. de ꝯdi. ob cau. data. et ti. se. et de sui natura non solet dari dño. qz repetitio ꝑsuppoit dominiũ eẽ translatũ. l. fi. ff. de vsufructu: et quẽadmodum capiaꝝ. aliꝫ amittiꝝ. Et hec ꝯditio ꝓncipaliter est duplex. Una generalis cõcurrens cũ quacũqꝫ actõe ex q̃ certũ petiꝝ. l. certi cõditio. ff. si cer. pe. Alia ẽ q̃ diuidiꝝ ĩ multa mẽbra. s. in cõditionẽ ob causam. ob turpem cãm. indebiti siue cã furtiua & c̃. de q̃bꝰ oib⁹ infra dicẽt. Et nota q ꝯditio differt a modo et a cã & a demonstratõe. et ꝑm glo. in rubr. ff. de ꝯdi. et demon. Cõditio est legati cuiꝰ de futuro defectus seu ꝯfirmatio pendet suspẽsio. & ibi legati ponit exemplariter. & sic nõ restringit q̃n ꝯueniat aliꝫs a legato, qz exempla nõ restringunt regulã, l. damni infecti stipulatio. ff. de dam. infec. Bar. sic diffinit. Cõditio est quidã euentꝰ futurꝰ in quẽ dispositio suspendit̃, & intelligitur de euẽtu in facto vel iure. l. multũ interest. de cõdi. et demon. siue ꝯditõis affirmatiue vel negatiue. l. in testamẽto. c. ti. Et dicit futurꝰ, qz de ꝓterito & pñti ꝓle nõ est cõditio. qz ñ suspẽdit. l. cũ ad ꝑsens. cũ duobus se. ff. si cer. pet. Bal. ꝓ sic diffinit. Est adiectio q̃dã ꝓ quã dispositũ hz in sui esse pendentiã existentiã vel defectũ. Et hec generalis est ad oẽm ꝯditionẽ inductiuã extinctiuã. de ꝓterito pñti vt futuro. Petrus de besutio sic dicit. Cõditio est ꝑbꝫ adiectio in futurũ suspendentiũ ẽm quã disponens vult dispositũ regulari. Significat aũt ꝯditio ꝓ dictiõz si. vt in exẽplo. lego si titius fuerit ꝯsul. Itẽ ꝓ aduerbiũ cũ. vt dicendo, cũ titiꝰ cõsul fuerit. Sz est differẽtia inter si & cũ. nõ quo ad ꝯditionẽ faciendã hz q̃ ad modũ. significãdi, qz dictio si. significat ꝓncipaliter cõditionẽ vel suspensionẽ, et ꝓ cõsequẽs tps & dilatõis dispositões i. euentũ futurũ. Et qz ille est incertꝰ ideo ꝯsuetue suspensionẽ significat. l. si titio. ff. q̃n dies leg. ce. et. l. q̃ ꝓmisit. ff. de cõdi. & demon. Itẽ dictio nisi significat ꝯditionẽ, vr̃endo tibi libr̃ũ ꝓ decẽ, ita q̃ cõditio valeat & ꝓferatur nisi aliꝰ cõditionẽ meliorẽ infra mensem faciat. l. q̃. cũ ibi nota. ff. de in diẽ adiect. Itẽ dictio alioq̃n cõditionẽ facit. vt ꝓmitti mihi scribere libꝝ infra mensem alioq̃n decem noie pene. nã sensus est, si nõ scripseris. cẽ. l. si finito. §. ex hoc edicto. ff. de dã. infect. Idẽ in dictõe alias. qz eodẽ mõ exponit̃ur est. si nõ scripseris. Idẽ in dictõe siue dicendo, ꝓmitto si nauis ex asia venerit siue titiꝰ cõsul fuerit. Et que illarũ dictionũ disiunctiuarũ ꝓior fuerit purificãt dispositionẽ. l. si ita q̃s stipuleꝝ. ff. de ver. obli. Idẽ in alternatiua aut̃, vt dicendo, relinquas ꝑdia ꝓpinquis aut libertis. l. cum pater. §. penꝰ. ff. de lega. q̃. nam sensus est si nõ sint ꝓpinq̃ veniant liberti. & hoc ex significato sumpto ex maiori affectione ꝓpinquoꝝ, quib⁹ testatoꝛ ꝓmo relinquere voluit. vt ꝓz ex ordine scripture. Idez in aduerbiis q̃diu, vt ibi. Promitto vel lego singulis annis decem q̃diu res meas vel heredis mei gesseris. nã sensus est, si gesseris hẽas decẽ. l. ꝓz. §. fi. ff. de cõdi. & demõ. Itẽ in dictionibus

quoad.donec.quousq;.q; ides significant. Ité in dictõe dũ.dicẽdo.lego vxori dũ cũ filio meo erit.l.q cõcubinã.§.vxori.ff.de leg. iij. Idẽ in dictõe qũcũq;.vt vir legat vxori qũcũq; filios habuerit.l.cũ vir.ff.de ꝓdi.et demõ. Idẽ ō qũ.vt lego pupillo qũ nupserit.l.pupillo.ff.de leg.ij. Idẽ de vbi.dicendo.lego filio vbi nupserit.l.si ita scriptũ.§. j.ff.de leg.ij. Idẽ de q̃tenꝰ.vt lego q̃tenus heres meꝰ erit.q; sensus ẽ.si ī toto vel ī ꝑte l.stichũ.ff.de le.j. Idẽ de posteq; ad.vt lego ad tps liberoꝝ.l.si vir vxori.ff.de cõdi. et demõ. Idẽ de ꝑpositõe cũ.vt ancilla cuz liberis libera esto.intelligẽdo q; ancilla libera nõ sit nisi cũ liberis.l.si ita fuerit.ff.de manumiss.testa. Idẽ de in.vt lego ticio i disciplina.l.nec solũ.§.si in habitatõne.ff. qũ di.lega.ce. Idez in noie.vt ꝑmitto tibi ptũ agnetis vel fructꝰ fundi talis.l.interdũ.ff. de ꝓ.obli.z.l.j.in fi.de cõdi.z demõ.z depẽdet dispositio ex incerto futuro euentu.s. si pariat vel fructꝰ crescat. Idẽ ꝑmitto centũ noie dotis.i.si matrimoniũ sequat.l.si stipulationẽ.ff.de iur.do.q; dos sine mrimonio esse nõ ꝑt.ergo sic intelligit. Idẽ de donatione cã mortis.l.si mortis causa.ff.de donã.cã mor.z hoc ex natura hui⁹ cõtractus q; ꝓcedit ex cõmuni mõ sic agendi. Idem i ꝓnoie.vt vestẽ q̃ mea erat lego.l.nup.de leg. iij. Idẽ de quisq;.vt quisq; mihi heres erit sit heres filio meo.l.q liberis.§.hec ꝓba ff.de vulga.substi. Idẽ de q̃sq;.vt ticiũ z se. ꝑ quãta ꝑte q̃sq; heredẽ me fecit ipm instituo.l.ß articulo.ff.de here. instit. Idẽ de q. vt q; ꝑꝰ ascẽderit capitoliũ.l.si fuerit.ff. de re.dub. Idẽ de q̃cũq;.vt q̃cũq; ꝓfessus fuerit zc.l.hoc edicto.ff.de iur.fis.et ß ex significato.nõ tm̃ ꝓnois sed ꝟbi futuri tps.l.ij. ff.de here.instit. Sil'r ibi.immo pisces q; capientur.emptio est ꝓditõnis. Idẽ in pticipio.vt acceptis centũ a ticio instituo eũ heredem.l.a testatore.ff.de cõdi.z demõ. Nã licet acceptꝰ sit ꝑiti tps.tm̃ significat ibi futurũ.s.si accepo centũ zc. Idẽ ibi lego stichum futuꝝ meũ.ar.l.stichũ.ff.de le.j. Idẽ in gerũdio.vt sum institutꝰ adeũdo repudiante ticio.l.si tu ex ꝑte.ff.de acq̃.here. Idez in supino.vt lego vel ꝑmitto cuntibꝫ spaciatũ in die dũico.z sic de sil'ib⁹.

Conditio multiplex est. Nã quedã est cõditio certi q̃ cõpetit ex oi cã z oi obligatiõe ex qua aliq̃d certũ petit siue ex certo cõtractu siue ex.l.aq̃l'.agat siue suo noie siue heredis tario obliget. Cñ manifestũ est q; ista cõditio ꝓcurrit cũ actõe mãdati depositi z ceteris vbi q̃d certũ petit. Et iõ fm diuersitatẽ causaꝝ nũc re nũc ꝟbis nũc lr̃is nũc ꝓsensu ꝓtrahit. Nũc etiã ex ꝓtractu.nũc ex q̃l ꝓtractu.nũc ex delicto cõpetit in mutuata tñ pecunia sola illa cõperit.

Condicio ex lege fm Azo.c.ti.locũ hz qñ seu quotiẽs ex noua lege surgit obligatio.nec ī eadẽ lege cautũ est q; genere actionũ experiatur q̃ ꝑ varietate causarũ nũc ex cõtractu nũc ex debito nascit.et sic nõ statuit vel cauetur.l.q̃ actõe agat.

Condicio furtiua ꝓpetit dño rei ꝓtra furem eiusq; successores ad ipam rẽ ꝓsequendã vl' estimationẽ eiꝰ quãti plurimi fuerit postea ablata fuit.eo q; fur semp est z fuit ī mora.

Condicio indebiti cõpetit ei q̃ ꝑ errorẽ indebitã pecuniã soluit alicui credẽti el se teneri cũ nõ teneat vel cũ a ꝓcuratore suo soluta esset ipo ignorãte. Est ergo cõdictio indebiti fm Azo.in sum.eo.ti.postea soluta indebita repetunt siue ꝑ ignorantiã facti etiam nõ ꝓbabilẽ.vt q; errauit q̃s in facto suo siue ꝑ ignorantiã iuris talia indebita soluãt q; ignorãtia iuris nõ debet alicui nocere ī damno vitãdo.vt.ff.de iur.et fac.igno.l.iuris ignorantia.

Condictio liberatõis cõpetit ei q̃ qõ oĩno nõ debuit ꝑmisit.

Condictio ob causam datoꝝ fm Azo.e.ti.cõpetit.et locũ habet vbicũq; duo cõtractus innominati interueniũt.s.do vt des.facio vt facias. In illo autẽ ꝓtractu innoiato.s. do z des.dat actio de dolo. Et put alĩ dicunt tũc cõpetit ad rẽ petendã q̃ ob causaz honestã vtpote in cãm futurã vel ꝑteritam data est cã nõ secuta. ꝑt eñ ꝓdici cã nõ secuta si penituerit dantẽ re integra. Si ꝓ dedisti decẽ vt bononiã ires aliq̃d qõ eroga ui ad ꝓfectionẽ exprimã habes ꝓditõz.ita tñ vt ꝑstet mihi indẽnitas.q; aut ex obligatione q̃ retrahit z nõ ꝓsensu ꝑficit.hec ꝓditio minima ẽ.q; res ad aliquem ꝑfecta sine ꝓsensu vtriusq; cõtra eundẽ assensum petit et repetitur.

Cõdictio ob turpẽ cãm est ꝑ quã repetimus ea q̃ dedimus alteri cã nõ secuta ob quã data sunt si turpitudo tm̃ ex parte accipientis

versetur. Alioquin si ex pte dātis z accipiē-tis repeti nō pt, qz in pari cā turpitudinis potior est cōditio possidētis, c. in pari, de re gu. iu. ll. vj. Et fm Azo. c. ti. ponit exemplū Ego dedi tibi vt sacrileglū nō faceres. Ab hoc em̄ debuisti abstinere nullo tibi dato. Et iō etiā causa secuta possum petere quod tibi dedi.

Condītio ob causam hāc ꝓditionē parit res apud alīz ꝓstituta, siue ab initio siue iam siue postea puenit ad eū ex iusta cā. Postea ad instantiā redūt z cyrographū apud creditorē post debiti solutionē recipit. Qz hāc cōditionē ob causam putāt q̄dā ex ꝓtractu puenisse, qz nō competit nisi alīq cōtractus p̄cedāt. Alīq ex q̄si ꝓtractu credūt descēdere ad similitudinē ꝓditōis indebiti, qz q̄ ob causam ꝓdicit actori p̄mū ꝓtractū dissoluit.

Condītio sine causa cōpetit qñ aliq̄d primo ex iusta cā est apud alterū, sed postea p aliquē effectū eē nō debet, verbi grā. Mutuasti mihi centū feci tibi instrm̄ in q̄ cōfessus sum me tibi teneri soluo tibi mō instrm̄ obligatorīū est apud te sine cā p quā repetam ipm. Cōpetit ergo ꝓditio sine causa finita causa ex qua res ad aliquē puenit ex ꝓtractu q̄ tā finitus est, vnde videt descendere. Nec inde qō suspirauit adhuc cām subsistē di bre. Itē si sine causa penes te res est quā nō habes p ꝓtractū. Et ita nec ex cōtractu nec ex maleficio es obligatus mihi. Etiam locū habet vbicunq; sine cā aliq̄d est apud te qō mea interest me habere.

Condītio triticaria generalis est de alīs rebus oībus cōpetens p̄terq; de pecunia numerata siue soli mobiles siue īmobiles sint Ideoq; fund⁹ z vsufructus z cetere seruitutes p̄dior p ipam recte petunt. Rē aūt suā nemo petit hac actōe nisi ex certis causis vt ex cā furti vel rapine, cū itaq; sit generalis hec cōditio, et cōditio certi in multis alīs computetur.

Conditiones generales sp in pactionib⁹ includunt z intelligunt. vtpote si deus voluerit si res in eodē statu p̄manserit. et sic'la, vt no. in glo. ꝓbi intelligēda, de resc̄p. c. ij. et. c. quēadmodū, de iureiur. cū silib⁹. Et nota q cōditio in legatis non retrotrahitur fm Bar. in. l. j. §. serui, ff. ad silleia. et p sua opinione facit tex. ī. l. si filiefamilias. ff. ex q̄bus cau. in pos. ea. Bal. tū ꝓtra, z dicit q ille casus. §. seruī, est specialis, ergo in ꝓtrariū est ius cōmune. z p ista opinione facit. l. si filius ff. de ver. ob. Qz isti legi possit rīderi q lo quat in cōtractib⁹, secus in vltimis volūtatibus, vt ī di. l. si filiefamilias

Cōditionalis stipulatio. Req̄ infra stipulatio. Et ponunt tales ꝓsus de ꝓditōne. Si ius dicet si res pietate timet. Si p transitur si soluēs cert⁹ babet. Si res furet res sit uc duplādo leget. Si nō debet sed p debito numeret. Si quid soluet non calib⁹ bis repetetur.

Cōdicere est rē suā in iudicio petere p̄sonaliter pulsando vel inquietādo, z ipam dicendo obligatā sibi esse ad aliq̄d dandū vl' faciendū. Vñ oz indebiti ꝓditio, z tractū est hoc verbū a veteri obseruatōe, qz olim erāt in vsu solēnia ꝓba q̄ oportebat actorē cū litigabat corā iudice ꝓdicere, id ē simul dicere qñ litigaret, vt si caderet a syllaba caderet a tota causa. Et qz in p̄sonalib⁹ actionib⁹ ꝑ obseruatur, iō p̄sonales actōes dicebant ꝓditiones. Deinde p̄fata solēnitas in dissuetudinē trāsiit, hoc tñ nomē adhuc remānsit vt p̄sonales actōes adhuc dicant ꝓditōes. Ēt nis nō sit necesse hāc solēnitatē obseruare, et hec ꝓba ꝓdicere. Et ex hoc dat intelligi q cōditio nō est aliud nisi p̄sonalis actio. Et ꝓdicere apud antiq̄s erat talē formā ꝓborū vt ꝓditionē indebiti, vel ꝓditionē obligātam dator, vel similē formā verbor, tanq̄ nomē actōis exp̄mere qō bodie sublatū est. Verū q bodie res ꝑie nō ꝓdicit nisi a re, qz nēo cōdicit rē suā nisi a fure. §. idē iurelian⁹, in. l. si duo patroni, ff. de iureiur. Alter etiā sumit cōditio in ti. de cōdi. appo. Et differūt cōditio facti z ꝓditio iuris in testamentis. Vñ ꝓditōes facti dicunt q̄ appōnuntur a testatore siue sūt ꝓditionales siue potestatiue. Et vocant facti, qz būt volūtatem testatoris q̄ est facti, qz oēs potētie aie scz volitiua, appetitiua, cōcupiscibilis sunt facti, vt in. l. bone fidei. ff. de acq. re. do. z debis no. in. l. multū interest. ff. de cōdi. z demon. vbi illa dr facti, si nauis ex asia venerit. si Titius cōsul factus fuerit. Et illa est iuris, si qs se filiūfamilias existimet cū pater familias sit. et ibi hoc interest, qz in cōditione facti nō sufficit vera existētia nisi concurrāt opinio z scia heredis vt adire possit sec⁹ in ꝓditōnib⁹ iuris, vbi sufficit existētia

et purificatio sine opinione z scia. Ex q̃ inferr̃ q̃ mitt⁹ agit cũ lege cõi cũ boie, l. celsus ff. de arbi, l. multũ interest palle.

Cõducere dr ille q̃ rẽ aliquã ab aliquo data mercede vel pmisso accipit vtendã, vñ Cõducit q̃ dat, q locat accipit illud

Cõducti actio cõpetit el q̃ cõduxit a locante vel locatore fundũ vel prediũ aut domum z competit el ad hoc q̃ liceat sibi vti vel habitare in re ꝓducta, Item eidẽ cõpetit actio ꝓtra locatorẽ actio ꝓtraria si aliquis expensas necessarias ibidẽ fecit aut vtiles, Req̃re supra Actio

Cõfestim, intelligit cũ pus vl q̃pus poterit l. ij. §. penul. ff. ad trebel.

Cõfessio est duplex, s. iudicialis z penitẽtialis, Et ad hoc q̃ ꝓfessio iudicialis piudicet dr bre hec sex, vñ. Malor spõte scies cõtra se ius sit z hostis. Hec natura neget, fauor aut lis ius ve repugnet, Vide h cũ alle. singulor. in glo. ca. nos in quẽdã. ij. q. j. in ẏbo ꝓfessũ, z d ꝓfessi. c. ex pte. in glo. j. z in sum. hosti, e. ti. §. q̃lit, Et ꝓfessio iudicialis ẽ certa z clara assertio, id est, respõsio el⁹ de quo queritr in iure cora legitimo iudice facta. Et fit in iure triplicit, s. ore. facti euidẽtia et interpretatiue. s. cõtumacia. c. null⁹ dubitet. de psump. Et piudicat dũ fit in iure. i. iudicio cora iudice cõpetente z aduersario pũte qd intelligit p dictionẽ hostis sup̃ posita. Itẽ fiat p lit, cõtest, nec fit ꝓtra naturã, vt eam occidisse q̃ vult, nec de religiosa, nec in cã fauorabili fm Bern. in glo. palle. Et cõfessio facta in penitẽtia sacerdoti nõ facit fidem cora iudice seculari, C. de epi. audien. l. archigerũtis, z ibi p doc. Sicut nec piudicat cõfessio extra iudiciũ facta nisi causa adijciat, vt cõfiteor me debere tibi centũ ex cã mutui, C. de nõ nume. pe. l. generaliter. glo. notabilit. iij. q. ix. c. testes. §. de his.

Confessoria actio. Require supra, Actio cõfessoria.

Cõfiscari est fisco applicari, vel in fiscũ induci. vñ. Fiscus est regi⁹ saccus in quẽ reducuntur bona dãnator z pscriptorũ, vñ dr. Facta est oim bonor cõfiscatio. Et casus i q̃bus pũt bona alicui⁹ cõfiscari post mortẽ suã, vide glo. z doc. in. l. fi. C. ad. l. iul. male. sta, Et q̃liter formabilis sntia, est glo. in sti. de here, q̃ ab intesta. §. p ꝓtrariũ, Casus aũt in quib⁹ possit q̃s incarcerari, no. Bar. in. l. j. de custo. et exhi. reo. C.

Cõniuere est oculos claudere, z interdũ ponitur p dissimulare vel p parũ dormire. vt cũ dr. cõniuẽtib⁹ oculis. Nũq̃ ꝓsentire. vt cõniuẽs ꝓsentiẽs dr. vñ. Qui mihi cõniuet oculis signũ mihi pbet.

Cõpensatio fm Azo. in sum. eo. ti. est debiti et crediti ad inuicẽ. l. ab vtraq̃ pte inter se. s. cõtrahẽtes ꝓtributio. dr eñ ꝓpẽsatio q̃si cõmunis pẽsatio. ac si apte dicat lex. nõ est nisi in ponderib⁹ z quãtitatib⁹ ꝓpensandis Vel est debiti ad debitũ hincinde facta deductio. vt debeo tibi. lx. tu mihi centũ. duz peto a te centũ. tu deducis. xl. z nõ recipit pmutationẽ spẽi ad quãtitatẽ. ff. de le. j. l. ſz si cert⁹. et. l. si ꝓuenerit. ij. in pn. ff. de pigno. act. vt deposui pecuniã in sacculo ĩ centum ducatis. depositarius mihi totidẽ comodauit. z nõ pt tenere sacculũ me petẽte. Sed Bar. ꝓpe. z Cy. ꝓtra. fec. C. depositi. et. C. comodo. l. fi.

Cõparare et emere differũt. vt no. in. l. illaz. ff. de cõtraben. emp. z vendi. et. l. illã. C. de rerũ pmu.

Cõpilare leges siue ꝓponere est leges ab aliis scriptas in vnũ volumẽ redigere.

Compita dicunt loca vbi plures vie ꝓueniunt simul. vt. xij. q. ij. de viro. in pn. ibi. p arrupta itinera z compita.

Cõpetenter no. glo. xxiij. q. iij. votũ. et vide quod no. de ver. sig. c. fi. li. vj. super verbo. cõtempserit.

Cõpromissarius dr cui simplr vel ad tps cõmittit. vt eligat vice corũ q̃ ꝓpromittũt. vt de elec. q. ꝓpter. Hec est p oia idẽ arbiter et cõpromissari⁹ ad eligendũ dat⁹. vt ibidẽ. c. sicut cum p formã ibidẽ. de re iudi. cum ab vno. li. vj.

Cõpromissum. l. arbitriũ.

Cõpromittere ẽ cãz executoriã vel executiuã ad dictamẽ arbitror dare, Et fm dictamẽ recte rõnis p vtraq̃ pte apposita explicare ab ipis.

Conchilia a concha dicunt. inde conchilarꝭ legens conchas vel conchilia. C. de murtꝭ le. l. si accipit. li. vj.

Conijcere est ꝓpendere vel psumere.

Cõsequẽs. l. ꝓforme. isti. d dona. §. ẽ z aliud.

Cõsequentia lrar dr cõsequẽs ordo scpture scz qñ scribit sine titello vel titellis. id est sine omni abbreuiatõne. et dr tenor litterarũ

seu tenore dicimus potius textū litterarū quibus titellis scribat.

Consensus et auctoritas rutor. Requre supra Auctoritas pstanda. Et cōsensus est qdruplex, s. negligēte, psilij, cooperatōis, et auctoritatis aut palliatōis vel defensionis. Et pmo et secūdo psentiēs min⁹ punit qz faciēs tercio eqliter, quarto ꝑo plus, vñ. Cōsequēs spernit, suadet, iubet, atqz tuet. Hic min⁹ ille min⁹ luit hic eqliter hic plus. De hoc glo. optima in. c. j. de offi. dele. sup ꝑbo pari pena.

Consiliarij dicunt eo q alter alteri suū pbeat cōsilium.

Consiliū ē tractat⁹ cōsulū. Et psiliū a graulibus et exptis est requirendū. j. q. j. estote. Et q fraudulēter dat psiliū tenet de dolo, et cōtra eū agi pt. Et dr a cō. i. simul. et sales salium, qr nō est pcipitandū cōsiliū. l. di. pōderet. ibi. Nos em̄ tpe indigem⁹ vt aliqd maturius agam⁹ nō pcipitem⁹ consilia et opa nra neqz eoz ordinē corrumpam⁹.

Cōcilium est cōuentus aliquoz tractantiū arduas causas totā xplanitatē pcernentes. Et dr a ꝑbo cōcinor cōcinaris. i. cōuocare vel a cōmuni intētione dictū est eo q existētes in cōcilio in vnū dirigāt omnē mentis intultū. Vel dr qsi cōcidiū. in. l. transeunte xv. di. c. j. vbi etiā synod⁹ cetus et cōuent⁹ exponit. Et ibi de quattuor cōciliis. Et in qbus damnati sunt heretici. de fi. catho. et sum. tri. ppetā sententes.

Cōsistoriani. Requre sup comites.

Cōsistoriū idē est qd ptoriū vel tribunal, scz locus in q ius reddit ex more. Et est vulgare italoz seu lombardoz. cle. pastoralis. de re iudi. ñ. q. vj. anterioz. de appella. ex insinuatōe. Et dr a cōsisto, psistis. Hester. v. c. in prin. Sedebat super soliū. i. in consistorio palatij.

Constitutio speciali vocabulo dr impatoris vel alteri⁹ pncipis q cōstitutionē facere pt. Et describit sic. Est ius relatū in scriptis redactum. Vel ſm Goff. est ius scriptū. di. j. § cū itaqz. Dicit aūt cōstitutio qsi cōmune statutū. Nā papa cū fratribz suis cardinalibz et ceteri plati cū capitulis et canonicis suis cōstitutiones faciūt. de sen. excō. inter alia. et de bis q fi. a pla. p totū. Itē legat⁹. synodus puincialis. synodus epalis. princeps cum pceribz. pfectus pretorio. populus romanus. colleglū approbatū. capitulū facere pūt pstitutōes ſm Goff. in sum. eo. ti. nā qz papa. Et sunt qttuor virtutes cōstitutionum. vñ. Quattuor exverbis virtutes colige leges. Permittit punit imperat atqz vetat. Nā pmittit vt vir fortis petat pmium. punit scelera et delicta. imperat et pcipit vt statuta canonica seruent vt clerici regulare ꝓpositū et honestū habitū deferētes cōrie nenter et caste studeāt viuere. Prohibet clericos secularibz immisceri negocijs. Et cō stitutio psulit q virtus pt cōprehēdi sub pma. nā q cōsulit satis pmittit.

Cōstitutor dr qui p alio se soluturū pmittit. vel aliqua facturū. et alteri⁹ in se trāsfert vl suscipit obligationē.

Constituere potest quilibet qui se p alio obligaturum pmittit vel obligat. ſm Azo. in sum. de cōstitu.

Conspiratio est quedā fraudulēta cōfederatio facta in piudiciū alicuius psone vel dignitatis. xxij. q. ij. si qs laicus et est palea. et dicit a simul spirando. qñ scz plures spirāt flant et tendunt in vnū et fit sine iuramēto. a spiritu supbie et elatōis. et omnis talis ē illicita. ſm glo. in. c. exhibita. de iudi. est nī quādoqz licita iusta et approbata. vt si cano nici cōspirent de nō obediendo plato excō municato. vl de nō eligēdo indignū. in dubio tñ presumit illicita. vide. xj. q. iij. c. cōiurationū. et. c. se. cōspirationē. Nā cōiuratio est pluriū in vnū iuratio.

Consobrini dicunt duarū sororū filij. qsi cōsorini dicti. l. cōsobrinoz. C. vnde legit. in glo. j. Etiam possunt dici ex duobz fratribz nati. licet ꝓprie dicant fratres cōsanguinei vel patrueles. inſtit. de gradi. §. illij. et. §. plerunqz.

Cōsortes eius dē litis dicunt illi q simul agere vel cōuenire possunt.

Consul olim dicebatur senatus magistrat⁹ vt. ff. de sena. et inſti. de iur. na. gen. et ciui. Hodie tñ cōsul sumit a psulēdo. qr reipublice cōsulit. Exactis em̄ a romana ciuitate regibz cōstituti sunt cōsules. vt reipublice cōsulerent dicti.

Consularis dr vxor cōsulis. qr femie nupte pclarissimis viris pclarissimarū psonarū numero et nomine censent seu cōtinent. vt ff. de sena. l. femine nupte. vbi dicit glo. femine choruscāt radijs maritoz. et i aur. de

consulibꝫ.§.hoc itaq;.col.iij.

Consultus.i. interrogat⁹.sic.ff. de pac.l. ite qz.vñ. Cōsulo te q̄ro.tibi cōsulo ꝓsiliū do. Cōsultoz poscit.qđ cōsultus bñ noscit.

Consultatio ỏz in qua alicui papa de iure respondet. Et nota q̄ cōsultus potest vẽdere ꝓsiliū suū.z aduocat⁹ iustus patrociniū.nō tñ ideo iudex sniam vẽdere pōt.ca.nō sane. iij.q.v.licet ꝓtrariuz videaꝫ dicere glo.in ca.nō licet.xj.q.iij.dicēs. Si doctoz sine re uolutione decretaliū pōt ꝓsulere tūc gratis debet facere. Sz ista glo.non recipit bodie a doctoribus.qz sic doctoz subtilis z memo riosus minoz esset reputatōis q̄z grossus z obliuiosus.vt pz.sz ħ esset incōueniens.vt no.in.ca.in noie dñi. de testi.

Contestatio litis fm Hosti.eo.ti.est fundamentū iudicij p petitionē in iure ꝓpositaz z ꝓgruā rñsionē ad eā secutā aio ꝓtestandi li tem facta narratio.q̄ omisso inanib⁹ vexantur laboribꝫ z expēsis litigātes. Vl' est actoris narratio z rei rñsio in iudicio facta Vl' fm Hoff.est bincinde apud iudicē negocij principalis facta narratio.p ꝑncipales ꝛo personas nō p aduocatos.nisi forte principales adeo fuerint indiscreti vt eorum defectus de licentia iudicis per alios supplerentur.z litis cōtestatio perpetuat iurisdictionem.de offi.delega.relatum.z debet precedere receptionē testium misi cē.ca.quoniaz vt lite nō ꝓtesta.

Contestari litem patet ex dictis.

Cōsumptuz vel ꝓsumptio est rasio videlicet quando dictio vel syllaba abraditur z alia inscribitur

Cōtignatio ỏz lignoz vel tignoz vel aliarū rerū cōiunctio. Et q̄nq; ỏz tegmen.vñ due edes dicunt esse sub vna cōtignatiōe.hoc ē sub vno z eodē tegmine.

Consuetudo ỏz ius q̄ddā moribꝫ.i.assiduis actib⁹ institutū qđ p lege suscipit cū lex deficit.vt.j.di.cōsuetudo. q̄ eā in scriptis redacta est vocat lex siue cōstitutio. q̄ autē in scriptis nō est retinet nomē suū cōsuetudo. di.j.§.cum ergo. Vel est vsus rōnalis cōpetenti rpe cōfirmatus nullo actu cōtrario interruptus frequēti actu seu contradictorio iudicio.vel cuius nō extat memoria introductus vsuq; cōmuni vtentiū approbatus c.fi.de ꝓsue.et si debet p̄iudicare iuri cōmuni vel spāli requirit q̄ sit nō erronea non cōtra ius diuinū. Rōnabilis p̄scriptibilis p̄scripta sciēte populo introducta q̄ maioz ps populi vtit.z q̄ vtēs intēdit sibi ius acq̄rere.quā etiā rō z veritas sp excludūt. dist. viij.c. veritate.vbi ỏz. Nemo ꝓsuetudinem rōni z veritati p̄ponit. Hā dñs dixit. Ego sum veritas.nō ego ꝓsuetudo.ea.di.c.si cōsuetudinē.z.c.q̄ cōtempta.

Consanguinitas est attinētia p̄sonarum ex eo p̄ueniens q̄ vna descendit ab alia.vl' ambe ab eadē. Vel est vinculū p̄sonarū ab eodem stipite descendentiū carnali propagine cōtractum. Vel est cōuentio vnius p̄sone ad aliā p̄uenies ex parētela.z ỏz ꝓsanguinitas q̄si sanguinis vnitas.

Cōseruatoz est iudex dat⁹ ad defendendum aliquos ꝓtra manifestas iniurias iudiciali indagine nō vrens.de offi.dele.c. statuimus.li.vj. Et sunt nisi episcopi et eoz superiores.aut abbates.vel dignitates.aut p̄sonatus in catbedralib⁹ ecclesijs obtinentes de offi.dele.c.vlti.li.vj. vbi ponit differētia inter ꝓseruatorē z delegatū.

Consensu ỏz obligatio ꝓtrahi velut in emptione.locatōe.cōductione.p̄mutatōe.mandati.p socio et similib⁹. In q̄bus dicit ideo obligatio contrahi consensu.qz absq; eo q̄ res in p̄senti datur bincinde nascitur et erit actio et obligatio vtilis et efficax ad agendum.

Cōplexus vel copulatio ỏz plurū in idē in vniuersitate sermonis cōiunctio. Et fit ab homine vel a lege. Ab hoīe fit tripliciter vt l.triplici.ff.dever.sig. Hā aut est cōplexus vel copulatio nominuz tm̄.scz verbis. q̄ vnū nomen sequit aliud immediate cū copula vel sine. Verbi gra.dicendo. Titio et Seio lego fundū p equis portionib⁹.l.re coniuncti.j.rñso.ff.de lega.iij.ibi isti nō sūt re coniuncti. Sed verbis tm̄.quia vnū sequitur aliud immediate cum copula.z idē esset si sine copula.quia tunc intelligitur.l. triplici.p̄alle.in.§.vide.aut fm rem tm̄ q̄ per rem tantū fit complexus.vt Titio lego fundum.et eundē fundum Mevio lego.l. p̄allegata.re coniuncti.in p̄n. Aut tercio re et verbis simul cōplectendo res z nomina. vt Titio et Seio lego fundum Sempronij.vbi Titius et Seius sunt cōiuncti verbis p̄pter verbū cōplexū in re.qz eadē re copulant. Et si qđ testator cēsetur cuilibet in

solidū legasse cā rem probat. vt. §. si eadem res. instī. de lega. Et ex cōplexo p̄dictis modis facto habet hec differētia. q; ex complexu re tantū. vel re z verbis si vnus cōiunctoꝝ deficit. vel q; repudiat vel alīs nō admittit in ppetuū. vel interim alter non in totū admittit iure nō accrescendi. l. si separatim. ff. de cōdi. et demō. Nā nō pt ptē agnoscere z ptem repudiare. l. neminē. ff. de leg. ij. et. l. vnica. §. sin aūt ad deficientis psonā. C. de cadu. tol. et res insolidum cuiqꝫ assignat. d. l. vnica. §. si vero. Sz in cōiūctis p̄bis tm̄ si vnus cōiunctorū repudiat vel alias deficit alter admittit ad ptē deficientis iure accrescēdi. Et cū onere imposito socio deficiente. vt l. plane. §. si cōiunctim. ff. de leg. j. z. l. vnica §. ne aūt hoc. de cadu. tol. p̄alle. Itē si socius interim nō admittit. sed spes est q; admittatur alter iterꝫ ad hāc ptē non admittit. l. si duob⁹. in pn̄. ff. de le. j. Sūt z alie differentie ex complexu vel cōiunctōe pueniētes. de q̄bus in tractatu de p̄. sig. q̄ incipit. Verbū Finaliter g̃ complexus vel cōiunctio significat diuersimode fm qđ sinit cōiungēdi modus vel qđ ius aliud significatū significare declarat.

Coniunctio aūt legalis dr q̄ lege inducit et significat id qđ ipa lex vl̄ alia ex suis vel alterius legis. aut p̄bis. aut aliter q̄cūqꝫ mō significare debeat.

Contract⁹ est duoꝝ vel plurū i idē cōsensus Et ponit qñqꝫ p omni pacto cōuentione vl̄ q̄si tractu. vt si q̄s gessit alterius negocia vel tutelā. De hoc vide archi. in. §. trabētes. c. romana. de fo. cō. li. vj. in glo. p̄bi. mitis. Ideoqꝫ dicim⁹ q̄ paciscendo diuersas in vnū trahim⁹ volūtates. vñ emptōes. cōductiones. et sīlia tractus dicimus. q̄ aio obligatōis ex tractu nascunt. Et nota q̄ etiā alīq̄ obligatōes dicunt oriri ex q̄si contractu. in q̄bus fingit tacite cōsensus interc̄ssisse. dato q̄ nō interc̄sserit expīsse. vtpote. Heres adeundo hereditatē obligat creditoribꝫ hereditarijs legatarijs. Et in pluribus alijs casibꝫ de quibꝫ infra.

Contrahenda emptio fm Azo. co. tl. trahitur solo cōsensu.

Cōtractus etiā est nomē iuris q̄ nascit obligatio. l. labeo. §. cōtractū. ff. de ver. sig. et ibi per Bar. sicut in simili dicim⁹ de testamento. l. tabularū. ff. quē admo. testa. aperi.

